1638 . 193

Num. VII.

[E]XTRAORDINARIA
[R]ELATIONIS
[H]ISTORICO-HEBDOMADARIAE
Continuanda Continuatio, 19. *Februarÿ*, 1638.

Romæ, 23. Ianuarij.

D[ie] Dominica Sereniſſimi Sabaudiæ Cardinalis ſuppellectilia ſecundo
Tyberi, Romam aduecta ſunt, diciturque, prædictum Cardinalem
[ex]pediens Genua abiturum, & ad hanc vrbem iterum ſeſe fore recepturum.
Nouus Prorex Neapolitanus à regni ſui Ordinibus tres auri petit millio-
[n]es, ad bellum per prouinciam Mediolanenſem, & Allobrogum fines geren-
[d]um, contribuendas, & expendendas; miſitque Ducem de Nochera cum o-
[cto] peditum millibus, & inſtructiſſima nauium claſſe in Hiſpanias.
Literis Genuenſium perſcribitur, ſex Algierianorum naues Turcicas, pro-
[p]ter ereptas illis nuper per Archithaliſſum Dominum de Manty binas tri-
[re]mes, in mari Sebaſtiani de Francia nauem prætoriam ſuperaſſe, treſque a-
[li]as Gallorum naues diripuiſſe, & ex iiſdem magnas pecuniarum diuitias ſibi
[co]nquiſiuiſſe. Nunciatur præterea, Tunetanæ prouinciæ regulum hoc tem-
[p]ore viuere deſijſſe, in eiuſque locum Marmoricæ Amurathem Apoſtatam,
[n]atione Genuenſem, ſuffectum, & ad regis dignitatem euectum eſſe.

Venetijs, vltimo Ianuarÿ.

In prouincia Mediolanenſium & Sabaudia tanti ad bellum fiunt apparatus,
quanti ab hominum memoria vix auditi ſunt. Prorex Neapolitanus Princeps
de Medina de las Torras, &c. inter cæteras pecuniarum ſummas, iterum o-
ctoginta ſcutatorum millia ex ea vrbe cambio Mediolanum tranſmiſit. Pro-
rex Siciliæ etiam trecentena Coronatorum milia ex eo regno ad Excellentiſ-
ſimum Mediolanenſium Præſidem tranſmittere decreuit, in eum finem, vt
tanto magis Gallorum in Sabaudia militantium conatibus reſiſtere poſſit.
Vice verſa Galli quoque militiæ ſuæ vires in Allobrogum prouincijs im-
pigrè continuant, & tam ad offenſiuum, quam defenſiuum bellum aduerſus
Hiſpanos ſummis viribus ſeſe præparant.
Præfectus oppidi *Bremio*, ob Hiſpanorum in Mediolanenſem Ducatum in-
dies & quotidie aduenturientium numeroſam multitudinem, vrbis ſuæ præ-
ſidio valdè metuit, & ad maiorem dicti oppidi defenſionem, eius mœnia va-
rijs ſuburbanis, & dimidiatæ Lunæ propugnaculis coniunxit. Dux & Cam-
pi Ma-

Biblioteca Nacional de España

pi Mareſchallus Criequius etiam vicinis agri Mediolanenſis vrbibus nu
roſiorem militem ſubſidiarium impoſuit, earum ſecuritati, tutelæque
ſurus. Pariſijs perſcribitur, exortas hactenus inter Franciæ & Mag
tanniæ Reges de Repræſalijs ſimultates vtrimque iam planè compoſi
ſedatas eſſe, Reginamque Gallorum imprægnatam vterum ferre.

Die Lunæ Cæſareæ Maieſtatis Orator Generoſus & perilluſtris D
à Rabbata, &c auguſto & numeroſo curruum, miniſtrorumque auli
ſatellitio accinctus, primum ad vrbis noſtræ Curiam perductus, & in p
ti vocant, audientia, à Purpuratorum Patrum noſtrorum Senatu pe
niter ac ſplendidè exceptus fuit.

Ante dies non multos tragicus hac in vrbe contigit caſus; Piſtoris
cuiuſdam filius ob leues dicas & ſimultates proprium patrem gladio
mit, ſicque abominabile commiſit parricidium.

Viennæ, 3. Februarij.

Excellentiſſimus Imperij ViceCancellarius ac Comes Kurtzius du
Pomerania ad vrbem noſtram redijt, indeque vlterius pernicibus eq
ſonium in Hungariam aduolauit, ac ibidem pro tempore commoran
Cæſareæ Suæ Maieſtati non ſolum fœliciſſime perfunctæ legationis
riem aperuit, ſed etiam Architribuni Gallaſſij nomine circiter quinq
ta vexilla diuerſis in pugnis & velitationibus Sueco Bannierianæ mil
pta, in victricium Cæſaro-Saxonicorum armorum ſignum, obtulit.
eſt, eum quoque optatas pacis conditiones, quæ à Suecorum parte ip
tæ ſunt Imperatori ſuo exhibuiſſe; & vt hoc pacis negotium ſummo
promoueat, ipſum denuo vnà cum ambobus Saxo-Lavvenburgicis P
pibus, in Pomeraniam ablegandum iri nunciatur, quandoquidem Sue
Procerum animi à bello Germanico nunc quaſi abhorrere videantur,
remque pecuniæ vim, & commeatus, ac recentis militis ſupplementa a
bellum vlterius conferre recuſent. Aiunt præterea, prædicti Suecoru
ercitus Tribunos ſimulac gregarios milites magno numero eorum
exire, & clanculum conuaſatis rebus, ad alia loca ſeſe recipere, & alte
vitæ, rerumque familiarium fortunis inſidiari.

Cæſarea Sua Maieſtas congregatos in Comitijs Poſonienſibus Hu
Ordines commonefecit, ne longiores moras inibi nectere vellent, ſed
tæ Suæ Maieſtatis propoſitioni Cæſareæ ad omnia poſſibilia ſatisfa
hæc audiens ex ACatholicis Proteſtantibus quidam Eques Elias Ha
ſari contradicere, ac dictorum Hungariæ ACatholicorum Procerum
ne, quandam proteſtationis formulam effari cogitauit, qui tamen id
lium effectui demandare nequiuit, namque is ſubitò præpotentis De

Biblioteca Nacional de España

mu tactus, atque ad terram deiectus fuit, in qua etiam ad duas fermè hos
lut exanime & putridum iacuit cadauer.
ctempore erratica & criuita quædam ſtella ſub vrbis noſtræ horizonte
lo viſa eſt, dicuntque Mathematicarum, & Aſtronomiæ artium periti,
dictam hanc ſtellam etiam in alijs regionibus viſam iri. Præter hæc aliaq;
igia, feretrum quoque, quo mortuorum corpora ſepeliri ſolent, in cœ-
pparuit, quid portendant, nouitis, qui omnia.

Venetijs, 5. Februarij.

Hiſpanicæ militiæ & Caſtrorum Præfectus Generalis Excellentiſſimus
n Martinus de Arragona cum octo millium armatorum exercitu denuo
obſidendam ciuitatem Pronzone profectus eſt, perque conſtructum in
mine Pado pontem militem in alteram eius regionis oram tranſmiſit, eo
e, & armorum conatu, vt præſidiarijs oppidanis militibus Gallis vehemen-
ſimam intentet oppugnationem, expugnatoque hoc oppido, liberum ad-
nieniibus in prouinciam Mediolanenſem Neapolitanæ militiæ cohortibus
abeat acceſſum, & regionis ſecuritati peropportune ſic conſulat.
Sereniſſima Mantuæ Principiſſa vidua Francici Legati precibus victa, arcis
orſo Gubernatorem Italum exauctorauit, & dicti Caſtri præſidijque præfe-
ram Gallo adtribuit.
Pontificius oppidi Imolæ Præfectus poſtquam intellexit, militem ſuum, quem
d occupandum Caſtrum del Rio præmiſerat, cum cæde & ignominia reiectum
ſſe, ampliores turmas cò ablegare decreuit, eo conſilio, vt hanc repulſam, quam æ-
gerrimè ferebat, vindicaret, locumque in ſuum reciperet præſidium, oppidani vbi
animaduerterunt, ſe reſiſtendo haud ſufficientes fore, prædicti Caſtri claue Forto-
nam vſque & ad ſeptem milliaria poſtmodum eo ex oppido Pontificijs Miniſtris
obuiam tulerunt, eiusque Caſtri præſidio viginti octo milites impoſiti ſunt.

Lipſiæ 6 Februarij.

Berlino perſcribitur, Gallaſsij militem Cæſareum varia loca direptionibus va-
ua in Pomerania deſeruiſſe, & maximam equiratus partem ad obſidendam VViſ-
mari enſem ciuitatem, in Megapolitaniam abiuiſſe. Præterea conſtanti rumore, &
fidedignis literis aſſeritur, ſub exitum præteriti menſis, haud procul à Stargardia
aquilam telorum ictibus confoſſam, & Stralſundij prodigioſum quendam piſcem
captum eſſe. Erphordienſes denuo obſidionis metu anguntur, quandoquidem ex
Cæſarianorum militia legiones quamplurimæ dictæ vrbi indies magis immineant
ac appropinquent. *Ex Ducatu VVurtenbergico*, 8. Februarij.

Dux Bernhardus VVimmarienſis cum formidabili exercitu Rhenum denuo tra-
iecit, & plurimas vrbeculas in hac agrorum vicinia ſitas, præter omnium ſpem, &
opinionem, expugnauit. Cæſarianæ militiæ Tribunus Ioannes de VVerth quampri-
mum inaudije, hoſtem tranſijſſe Rhenum, illicò Boiorum Monachio Augustam Vin-
delicorum verſus iter inſtituit, & ad Rheno finitima loca ſeſe recepit, VVimmari-
enſium conatus cluſurus, Eius militiæ collega, & Generoſus Vigiliarum Præfectus

D. ab

Biblioteca Nacional de España

D. ab Enckefordt etiam citis equis Stutgardiam aduolauit, & quemcumq
VVurtenbergicæ, & vicinæ regionis præſidijs, ac hybernis exciuit.

Ex Germania ſuperiore 9. Februarij.

Miles Vvimmarienſis oppidum Seckingen facili negotio intercepit, &
dum ciuitatem Lauffenburg per deditionem expugnauit, locique Gubern
ptiuum detinuit. Colonellus Kaltenbach cum ſua legione in prouincia C
na ſubſiſtit, Tribunus Ohm autem hanc oram inſidet, & oppido Rheinfe
dionem inferre moliuntur, qua felicitate, tempus aperiet.

Ex Diœceſi Monaſterienſi, 15. Februarij.

Pacis articuli inter auguſtiſsimum Cæſarem & viduam Haſsiæ Landgrau
dem ſequenti fermè tenore vtrimque concluſi ſunt.

In primo nihil ſingulare continetur. 2. A Landgrauij partibu promit
dientia Cæſari, iuxta Conſtitutiones Imperij, & ſecundum Pacificationem
ſem ſeruanda. Tertius articulus complectitur Vnionem Saxonicam, Bran
cam, & Halsiacam, à Cæſare confirmatam, quoad ſucceſsionem lineæ. 4.
attentatio & quæuis conſpiratio contra Imperatorem. 5. Poſt Cæſaream ra
nem, omnia loca tā ab Haſſo, quam à confœderato ſibi milite inſeſſa, intra
quatuor ſeptimanas, legitimis ſuis dominis reſtituantur. 6. Nulla reſtaurat
ni aut commodi vtrique parti permittitur. 7. Reſeruantur Haſſo reſtitutio
ſuorum ſecum collatorum. 8. Incolæ veteres & nouitij in Haſsia debent
pud Haſſum, niſi præuia petita relaxatione, quæ ijs negari non debet. 9. Poſt
tam Ratificationem, incolæ pecuniarum exactionibus non aggrauentur. 10
onera extraordinaria contributionum, tempore exſpectatæ & remittendæ
Approbationis, nihil debet peti. 11. Haſsi occupatas vrbes & oppida ad ſe
non pertinentia tamdiu inſidebunt, donec articuli hi à Cæſare fuerint ſubſig
tum prædicta loca in manus Cæſaris reſtituere tenebuntur. 12. Ratification
uia, ſimiliter & Haſsis ſua reſtitui debent. 13. Ratificationem huius pacis, nec
cificationem ipſam vllatenus infringant. 14. Omnem militiam intra tres qu
ve ſeptimanas, habita Ratificatione Cæſarea, ex præſidijs ocyus abducant, &
tas vrbes Cæſaris, aut Landgrauij Darmſtadienſis militiæ, abſque dolo & f
cedant, milesque Haſſo ſtipendiarius Cæſ. Maieſt. armis ſeſe ſubijciat, & con
ratum commilitonem ad idem faciundum, diſponat. 15. Reſeruant ſibi Haſſi
nullas copias ad conſeruandam inferiorem Haſsiam neceſſarias. 16. Captiui
que ſine lytro dimittantur. Quicquid in hiſce priuatis non continetur, deb
uari ad normam Pacis Pragenſis. Landgrauij filijs omnia bona tam feudalia, q
allodialia, ſine præiudicio relinqui debent, vti etiam & Diœceſis Hirſchfeld

Bruxellis, 15. Februarij.

Bini Tyroniæ & Terconaliæ Hybernicæ nationis Principes ex mandato C
Maieſt. & Seren. Cardinalis, cum ſuis legionibus claſſem Hiſpanicam in Cant
comitabuntur, quandoquidem eius gentis fides, ſinceritasq; dudum in Belgi
ſpecta fuit. Tota nobilitas Brabantiæ vna cum Sereniſsimo Principe Cardina
primarijs Belli Ducibus congregata hic ardua tractant conſilia. Binæ Hybern
legiones ſub Colonellis Briſton, & Oneil, in Belgio apud Cardinalem manc

F I N I S.

Biblioteca Nacional de España